



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 12. Cæli gaudia breuiter Propheta declarauit illa tamen non nominans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

In Augu-
116. Soli
22. Tom. 9
torum. In monte hoc. Hanc D. Aug. perpende-
bat rationem: Oculis non vidit Deos absque te,
qui preparasti diligentibus te: secundum enim ma-
gnam multitudinem magnificentia tua, est etiam
multitudo magna dulcedinis tua, quam abscondisti
timeantibus te. Magnus enim es in Domine Deus
meus, & immensus, nec est finis magnitudinis tuae
&c. Et sicut magnus es tu, ita magna sunt donaria
tua: quoniam tu ipse es primum & donum.

§. 12. Celi gaudia breuiter Prophetæ decla-
rauit illa tamen non nominans.

23
Inquirantes, quæ erunt hæc secula, quibus
Lexipicatur: Conuiuium pinguium, conuiuium
pinguium, pinguium maculatorum. Pinguis,
lingua medullatorum. An non loquendi mo-
dum demuratis: Et tunc ne perdores galli indici,
vituli trimi, aues Phasidis? Num secula dul-
cissima, et sic melle saporata, num liba, num sal-
gama, num arida bellaria? Num forte sapida
poma pyra, cerasa, nuges &c? Nihil horum
meminit, sed illa hoc verbo deseribit: *Pinguum,*
pinguium maculatorum, eo quod nihil sit in re-
rum natura huius comparandum, nec vlla verbo-
rum eloquentia nocent, hæc explicare. Disputat

In Psalm.
119.
Ps. 136.
D. Aug. ad illa verba Davidis: *Beatus vir, cuius
est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit
in valle lacrimarum in loco quem posuit.* Querit
D. Aug. Quis est, o David ille locus, & quid il-
lud quod Deus posuit, quod preparauit? An hoc
nobis non indicabis? Quis hic apparatus epula-
rum? Quæ lauitia adeo lapida, quæ hæc men-
sa salutaris: quæ cœna genialis? Non dicit. Nec
mireris, respondet D. Aug. quia nec ipse D. Pau-
lus hoc valuit explicare, licet & viderit & gu-
stauerit, quinimo ex hoc ipso magis obmutuit,
& quo illa distinctius cognouit, eo minus verbis
potuit declarare, cui satis fuit dicere, fuisse se-
cula conuiuium a Deo electis suis preparatum:

In Ps. 64.
& 1. Co. 2.
Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-
nis ascendit, qui preparauit Deus is, qui diligunt
illum. Oculis dilatare, quantum potestis, in-
ueniunt in solem, lunam, stellas, fontes, flores,
gemmas, margaritas, ymiones, nihil horum est:
Nec oculus vidit. Aures arripite, quid de terris
longinquis narraretur auscultate, licet fabulas sa-
pientie, ac mendacia, de auri fodinis, gemmeis
montibus, aurbus, suauiori cantu, ac plumarum
varietate gratissimis, nihil horum est: *Nec auris
audiuit.* Laxate fræna imaginationibus ac phan-
tasmatis, imaginamini vobis quidquid potue-

Locustis
in exph-
catur.
1.
Nec oculus vidit. Aures arripite, quid de terris
longinquis narraretur auscultate, licet fabulas sa-
pientie, ac mendacia, de auri fodinis, gemmeis
montibus, aurbus, suauiori cantu, ac plumarum
varietate gratissimis, nihil horum est: *Nec auris
audiuit.* Laxate fræna imaginationibus ac phan-
tasmatis, imaginamini vobis quidquid potue-

ritis de mellitis huminibus, lacteis, rutilis flo-
ribus cum fructibus, coponibus, perdicibus, ar-
boribus gemmis preciosissimis grauidis &c. Om-
nia scoria sunt: *Nec in cor hominis ascenderunt.*
Quid quærit erit? Hoc tantum dico, respondet
D. Paul. conuiuium esse amicis suis a Deo præ-
paratum. *Qua preparauit Deus is, qui diligunt
illum.*

Hinc aliquid poteris inuestigare. Si reg-
le intrares palatium, & ad primum ingressum, lo-
cum omnibus peruium, nobilibus, plebeis, filiis,
seruis, incolis, aduenis, quintimo & canibus ac a-
nimalibus, cerneres ipsum pauimentum stratum
regulis aureis, contectum aureis, argenteis, ac
sericis tapetibus, millenis floribus, ac ramul-
lis intertextis. Deinde oculos ad lectum sursum
attolleret, pulcherrimum, lacunaria ex auro, ut
carbones viderentur flammivomi: Ex vna &
altera parte abacos poculorum, pelium, vaso-
rumque auro argentoque vermiculorum, pa-
rietibus appensasymbellas Attalicas, aulaea Ba-
bylonica, quæ diuersis coloribus picturæ, gem-
marum, auri que intertextis fulgerent angustius,
circumquaque scaturientes fontes crystallinos,
marmoreis columnis circumornatos. Mensas
cemeret oppipare instructas omnigenis ferculis,
deliciis lautius permagnificas: vinum nobile
Creticum salernum, nectar. His supra modum
obstupescactus & conuomum adires, ab eoque in-
quizeres: Amabo, quid hæc sunt? Ille vero re-
sponderet. Hoc charissime, hoc domus huius
villa rustica est, a Rege destinata, seruis, man-
cipiis, animalibus, omnibusque promiscue con-
fluentibus: statim adderes. Domine Deus
quid igitur Rex seruat suis in cubiculis secre-
toribus ac regalibus sibi suisque filiis ac prin-
cipibus maxime familiaribus? Si id quod ego
plurimi facio hoc in ipsa villa rustica, vt maxi-
me commune habeatur, mancipiis, infimæ sor-
tis hominibus, quid credam in interioribus aula
secessibus Regi filiisque reseruari?

Præpotens ille Rex Deus, Dominus absolu-
tus creauit hoc mundi palatium: atrium est, pa-
uimentum est, pars inferior, vide quale sit, quan-
to fulgeat auro, quanto splendeat argento, quot
gemmis rutilet, quot tapetibus, floribus, ramul-
gulis fragrantissimis ac gratissimis intertextis
solum substernatur? Intrare mensē Maio cam-
pi faciem viridantis, nec enim talia in Germa-
nia aut Flandria reuenerit stragula. Dein oculos
erige ad cœli conuexum, en quale lacunar, & cor-
resperfa sideribus laquearia. Circumquaque
lumina reuolue, qui fontes, quales fructus, quæ
gemmas,

II.
Similitudo.

gemmarum, lapides qui, arbores quae, maria piscibus referta quae? Cum Dauid mirare caeli testudinem. *Videbo caelos tuos opera digitorum tuorum.* Contemplantur autem species, piscium genera, fructuum multitudinem: quod aurum? quod argentum? quae margaritae? qui fontes? quae prata? quae deliciae? Haec Domine quibus, & quibus creasti, parasti, inspicuisti? Noueris hoc esse coloniam omnibus communem Mauris, Arabibus, peccatoribus, Dei inimicis, equis, elephantis, apris, passeribus, vermibus. O Deum aeternum? quamnam, amabo te, erunt, quae in caelo tibi, tuisque filiis pulcherrima preparasti? *Quae preparasti diligentibus te?*

24 Haec Dauidis erat contemplatio, quando venter oculos suos explicabat, & quae creauit Deus in hoc mundo meditabatur, quae luminaria die ac nocte lucentia? quis stellarum fulgor? quae fontium scaturigines? quis pratorum viros? quae metallorum pondera? quae plantarum delectabilis varietas? quam gratum videre cerasum fructibus suis flammulam? pomum fructibus incuruam? quae hic non creauit pulchra, grata, delectabilia? quibus? quis illis potietur? inimici Dei, & maiori numero peccatores. Quid ergo erit Domine filiis tuis, seruis tuis, tuis amicis, tuis familiaribus? *Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te.* Si quicquid contemplari, audire ac videre possum, ad hoc pertinet atrium commune Dei inimicis, quae dulcedinis erit multitudo, quam abscondisti intimis illis caelorum recessibus, quibus illi soli perfruatur, qui tibi se uiunt fideliter, te honorant, tibi obediunt, diligunt, & in tuorum censentur numero filiorum? Si cerneret circumquaque palatium, & per fenestras plenis calathis hinc effici gemmas, unioenes, adamantes, rubinos, sapphyros, hyacinthos illinc tegulas aureas, minas Atticas, Darices coronatos, libras Romanas, laminas argenteas obritas: hinc perdices paucos indicos, gallinas tibique exterrito, & oculos attolenti occurreret architrachus, venex cauitie venerabilis, qui scire desideranti responderet. Qui haec omnia demittaris? Scio haec omnia domus huius esse tantummodo scoriae ac sordes, quae vt tales his aedibus eueruntur, quam stupore attonitus, quam extra te raptus quam suspensus cogitates Deum immortalem si haec domus huius sunt sordes, quae eius erunt diuitiae? Si haec, quae nostro iudicio vt maxime pretiosa cognoscuntur, vt sordes eueruntur, quae erunt illa, quae apud illos habeatur pretiosa? Scitote cha-

23. 30. 10.

III. Similiu- do.

rustissimi, Palatium & Dei domus est caelum, ad hoc nos creauit, ad hoc nobis commigrandum. Hoc Dauidis animam recreabat, *Latus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Hoc viros iustos tribulationibus animabat aggratos. Fateor, eos modo vt paradiso extortes viuere: nos omnes: *Exules filij Eue.* Attamen elucebit dies, quo ad paternas aedes reuertamur. Quae his aedibus non eiciunt, non elegerunt pretiosa? Haec sidera, fontes illos, illas gemmas, illos rubinos, hoc aurum, argentum, & quae hic pulchra miraris, illinc exciderunt? *De sursum est.* Oculos explica, & vide, quid dignum repereris, vt oculos in illud deflectas. Vide torques aureas, gemmas, quae rapiunt oculos, adamantes omne pretium excedentes, prata virentia, fontes pulcherrimos, tot cibos, tantam aurum varietatem, omnia illinc exciderunt, & si scire quid sint desideras, mentis oculos erige, en tibi dispensator Dei mysteriorum D. Paul. talem enim seipsum inscribit: *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei,* & quid ille de his dixerit, intelliges. Sordes sunt haec omnia, *Omnia arbitratus sum, vt stercorea.* Nec illa sumperis, ait D. Basil. dicta per auxesim, quia in rei veritate, non censetur magis scoria ac sordes, canistrum stercoris in regio cubiculo, quam foret canistrum rubinorum adamantum, unioenum &c. in caelo empireo. Ex eo quippe quod sit corruptibile, licet sit aurum primum, argentum purificatum, adamas summi valoris, suis puntilis, vt radius elaboratus, perus est, minus est illi loco ipso stercore, vbi omnia aeterna sunt ac incorruptibilia, & propria phraasi dicere liceret, quod non minus effenderet, ac regnum illud dedeceret canistrum gmmarum orientalium, quam canistrum fimeci in mundissima Regalis aula palatii.

Veritatem vobis propono Catholicam, dum haec exaggero, vt sint gradus scalares mentibus vestris, dicatisque. O Domine, si haec tanta domus tua, sint lodes, quid tuae erunt diuitiae? Si maxima diuitiae, quas vel vident oculi vel aures audiunt, vel cor meditatatur, scoria sunt, quid illa, quae sunt, erunt? Nulla haec lingua valet explicare. Audiamus D. Aug. huius domus magnitudinem. *D. Aug. gloriamque pependentem, cuius verba tam pia quam docta hic arximus; Ex his minimis tua magna, & ex his visibilibus tua inuisibilibus comprehendimus, Domine Deus sancte, & bone creator noster Si enim, mi Domine, pro hoc corpore ignobilis & corruptibilis tam magna & innumera beneficia praestitisti.*

23. 11. 1.

Laco. 1.

1. Cor. 4. 8 Phil. 3. 8.

25. 11.

D. Aug. L. Sol. 6. 21.

Tom. 9.

1. 1.

flus & celo. & ab acre, à terra & mari, à luce & tenebris, à calore & umbra, rore & imbre, ventis & pluuibus, volucribus & piscibus, bestijs & arboribus, & multiplicitate herbarum & germinum terra, & cunctarum creaturarum inorum ministerio, nobis successiue per sua tempora ministrantium ut alleues fastidium nostrum, qualia, quæ so, & quàm magna, & innumerabilia erunt illa bona, quæ preparasti diligentibus te, in ille cælesti patria, ubi te videbunt facie ad faciem? Si tanta nobis facis in carcere, quid ages in palatio. Magna & innumerabilia sunt opera tua Domine, rex caelorum. Cum enim sint hæc omnia valde bona, & delectabilia, quæ bonis pariter, malisque communia tradidisti, qualia futurae sunt illa, quæ solis bonis recondidisti? Si tam innumera & varia dona tua, quæ nunc amicis pariter tribuis & inimicis, quàm magna & innumerabilia, quàm dulcia & delectabilia, quæ solis es largiturus amicis? Si tanta delectabilia continet carcer, quantum quæso, continet patria? Oculis non vidit, Deus absque te, quæ preparasti diligentibus te.

§. 13. Magnitudinem celi Empyrei nos docet hæc siderum calorumque magnitudo, ut quasi fidem excedat, quod de ea dicunt Astrologi.

26
L. 13.
de Gen.
ad lit.
23.
in imp.
Gen. 1.
14.
EX hoc argumento, debet ipse D. Aug. elicere sensum illorum verborum Spiritus S. qui referens caelorum creationem, & quomodo illos Deus ornauit stellis maioribus ac minoribus, præcipue verò ambobus illis luminaribus sole ac luna, ait quod stellas posuerit in firmamento, id est octauo cælo: *Vi sint in signa, & tempora, & dies & annos.* Hoc facile capimus, quod Deus creauerit caelos, stellas, nominatim autem solem & lunam, ut faciant, & diuidant tempora, verè & hyemem, noctes & dies, menses & annos, cum hæc omnia ab eorum dependeat motibus, quibus nobis sol luget vicinior, magis vel minus recedit, diem illuminat, noctibus disparet, cui luna succedit, &c. At quis horum sensus? *Vi sint in signa.* Et hoc primum ponit, ut eorum præcipuè officium. Notum est illud axioma philosophicum; id quod pro signo ponitur, non poni propter se, sed vt eo viso intellectus noster aliquid maius intelligat. Hinc innixi Astrologi (dicunt SS. Patres) iudicauerunt prædictionem suam, ac veritatem suarum prædictionum, iudiciorum, prognosticorum scientiæ iudiciaræ, cuius rationes ac dicta referunt, reprobant ac conuincunt D. Basil. D. Ambr. D. Aug. D. Thom. Hieron. Lanuza Bapt. de Tom. 1.

& alij tam Græci quàm Latini, citati à Lipoma. Licet enim verum sit, quod corpora caelestia & stellas influxum habeant efficacem, in hæc corpora inferiora verumtamen in animas minime, sed nec in ipsum liberum hominis arbitrium, licet bene notet Hugo de S. Victore quod eo quod animæ se sinat corporis affectibus commoueri cognoscendo quos caelorum ac siderum influxus affectus in corpore moueant, inde sumant argumentum iudicandi eodem modo de animis, ac libero arbitrio: verumtamen incerta sunt omnia, vaga sunt omnia, quinimò paruum possunt habere eorum certitudinem quod corpora, ait D. Thom. ob incertitudinem, quæ procedunt in altorum, eorumque motuum ac influentiarum cogitatione. Dicunt alij esseque sententia communior: quod Deus posuerit caelos, ac sidera: *In signa futurorum*, vt Christus ait: quando vespere caelum videmus rubeum, prædicimus serenitatem matutinam: quando verò luna circulo apparet concluso, prognosticum illud habemus pluuiarum, & his aspectibus cæli ac siderum tam naua quàm operarij plurima futura prælagunt.

Hanc approbo declarationem, ac verò illam D. Aug. cit. admiror. Quod Deus immensam hanc caelorum astrorumque posuerit machinam, nominatim autem pulchriora illa luminata solem & lunam in signa vt ex eis aliqualem cæli emphæsi, locique caelestis gloria, ad quam nos Deus procreauit, eliciamus cognitionem. Creauit ac posuit Deus hominem in terra, non vt in ea perpetuus maneret habitator incolæ, sed vt iter caelum versus dirigeret, & hic viuens corpore, sursum cogitationes, animam, votaque sua eleuaret. Vt verò horum aliqualem haberet cognitionem, oculis eius exposuit totam hanc machinam, præcipue verò sidera ac caelos. Perpende horum magnitudinem, claritatem, splendorem, venustatem, & hæc sint tibi in signa eorum quæ cælo empyreo continentur, magna, clara, splendida & in summo gradu venustissima. Si hæc tam grata nobis concesserit, quantum tempore in hac valle degimus lachrymarum exules, quid loco illi seruauit, ubi cum sanctis suis regnabit æternum gloriosus? quid est caelum hoc quod oculis conspiciamus? quid hæc sidera? quid sol per diem nos illuminans, & Luna per noctem? Præclara valde nobis de his scriptis mandauerunt Astrologi doctissimi, & hoc æuo nostro Christophor. Clavius. Hoc vt certum (ait) suppone; minimam stellam, earum quas vides in cælo stellato.

Caton.
in Gen.
cap. 1.
tex 6.
In Gen.
7.
Opus.
de u.
dic. a.
strol. &
refert
Lipom.